

sendum exhibeat: illustrem declaravi, quod in altissimū gradum dignitatis euebat, ppetuamq̄ & indelebilem nominis memoriam conseruet: piam deniq̄ euici, quia cogitationes et animum nostrum à reb⁹ humanis ad diuinarum contemplationē erigit atq̄ extollit. Attuli dem de quāto spacio illi præcurrant, quantoq̄ post se relin- quāt, qui in hoc vitæ genere versati sunt, eos, quos nunquam Sol extra limites patrios conspexit, vt vix etiam præ illis nomen ho- minis tueri posse videantur: Produxi deniq̄ in aciem aduersari- os, eorumq̄ tela coniecta à ceruicibus pegrinationis reieci, vt illis pstratis laudes peregrinationis clarius elucescant. Agite igitur, populares ornatissimi, qui omnes veræ laudis virtutisq̄ studiosi estis, exurgite animis, hancq̄ vitam in pegrinatione positā ex- osculamini, cum sit meridiana luce clarius, quot vberrimi & salu- tares fructus in omnes partes vitæ ex ea redundant. Ad sapiētia qua nihil optabilius, ^{viam} monstrat peregrinatio. Ad doctrinam qua nihil diuinius facē præfert. Ad amicitiam qua nihil dulcius manu deducit, & ad bonam famam qua nihil præstabilius fores patefacit. Quæ cum ita sint, ut cuiq̄ bona fama, amicitia, doctri- na, sapientia, cordi est: ita maximè sibi peregrinationis studium commendatum habeat, tantoq̄ se cæteris ante ire existi- met, quāto longi⁹ latiusq̄ mores vrbesq̄ exterarum gentium perspiciendo et perlustrando in pere- grinatione processerit.

D I X I.

ΕΣΣΕΛΟΓΑ ΠΡΟΠΕΜΠΤΙΚΗ

IN DISCESSVM,
INCLYTI AC GENEROSI
DOMINI, DOMINI MICHAELIS
FORGACH LIBERI BARONIS
IN GYMES, ex inclyta Academia Vuitebergen-
si proficiscenti Domini sui clementissimi debita
gratitudinis & obseruantie ergo

Scripta

GEORGIO HELT
SORANO.

ANNO

1589.

Mense Februario die 2.

WITEBERGÆ

Typis Zahariæ Cratonis.

ECCLOGA εὐβοικῆ.



Empus erat, quo sol pallentes discutit umbras:
 Et tepidi redeunt Zephyri, post horrida bruma
 Frigora: mulcentes auras: cum gramina cāpis
 Nascuntur: renouatq; simul Philomela querelas
 Garrula, perfidiamq; gemens, scelerataq; facta
 Tereos Ismarij: nec non per prata Napææ
 Floribus ornata crines, Dryadesq; puellæ.
 Molles deducunt choreas, & carmina dicunt.
 Tum Corydon tuguri congestum cespitem culmen
 Relinquens, pecudumq; greges, hirtasq; capellas
 Emissas stabulis, viridi proiectus, in antro
 Pascebat: tenui meditans rude carmen auena:
 Et veteres repetens, antiqua ab origine, amores
 Dapnidos: & calamos ouium post terga secutus,
 Inflabat: sylvasq; melos resonare docebat.
 Nec longum in medio tempus, cum se extulit urbes
 Argutus Lycidas cannis, & fronde saligna
 Cinctus: ubi virides Albis pater irrigat agros:
 Et liquido gratam Musis pede prænataat urbem.
 Viderat hunc Corydon: venientemq; obuius ultrò
 Excipit: atq; virum verbis compellat amicis:
 Cor. Ergo tua, nondum præcium, pro merce, reportas:
 Et toties, Lycida, frustra petis impiger urbem?
 Lyc. Infelix quisquis fortunam tradidit anni
 Totius emptori: quem falsis fallere verbis
 Non pudet: & multas, dubia spe, neclere fraudes.

Sipla-

Cor. Si placet: huc mecum, quoniam conuenimus ambos
 Fessus anhelantem donec sudaueris æstum,
 Succede: his virides præbent umbracula frondes.
 Quod si deinde lubet cantando hanc ducere lucem,
 Et veteres iterare ignes: non aptior ullus
 Hoc locus est: picti rident in gramine flores:
 Et quas prætere a segetes, iam culta colonum
 Fundit humus: multo reddens cum fœnore semen.
 Omnia nam gaudent passim: pictaq; volucres
 Fronde sub arborea residentes gutture presso
 Permulcent auras: mira dulcidine cuncta
 Alliciunt cupidam, ducuntq; ad carmina mentem.
 Lyc. Incipe si quid habes: ver si mora longior absit:
 Carmina, sublustri cum iam sede aruis in umbra,
 Intermissa diu, aut veteres meditemur amores.
 Cor. Sæpe solet spargi totam noua fama per urbem
 Auspicijs hominum: quam, si qua est digna relatu,
 Incipias, Lycida, nam te via ducit ab urbe.
 Tityrus haud olim spreuit rude carmen auena
 Tegmine sub patula fagi, cum lentus in umbra
 Formosam docuit resonare Amaryllida sylvas:
 Et cecinit dignos Romano consule versus.
 Incipe si quid habes, non omnia possumus omnes.
 Lyc. Hortus in est terris Arctoo consitus axe
 Quem pater Albis agens sinuosi fluminis agmen
 Alluit, & flexu violenti vorticis ambit)
 Culmine succinctus nullo, sed munere Bachj
 Gaudens, exigui census, at nomine magnus.

A 2

Mons

Mons tamen à Phœbo dicunt quem nomen habere
Adiacet, insignis tumidis æstate racemis:
Innumera hic vernant distincta floribus herba:
Lilia cum violis, & flos bene olentis anethi,
Cecropiumq; thymum, & graue olentia centaurea.
Non lolium infelix, neglectaq; crescit auena:
Nec Cacus Latij ignem qui spirat ab antris,
Obscuro innuens fumo terramq; polumq;
Floribus hic nocuit, quamuis nocuisse parauit.
Delius at vates, properata retexere fata
Doctus, & ingenia vultuq;, animoq; Camena,
Dulci mulcentes agrestia pectora cantu,
Delegere sibi sedes, loca commoda, Musis.
Huc se per varios casus, per mille viarum
Contulit anfractus, patria tellure relicta
Daphnis, noster amor, multoq; vehendus honore.
Exceptus Phœbo dextrâ, leuaq; Camenis
Nympharumq; choro, ductusq; per agmina florum
Daphnis, cum socijs Damone, atq; Alpheſibæo,
Cernat odoratis ut ductum nectar ab herbis,
Et linguam grato perfundat, & ora sapore.
Vix intro gressos dulcis complectitur umbra
Floribus aspirans, mensisq; torisq; paratis
Instaurant epulas, plenis Cereremq; canistris
Expediunt, ponuntq; dapes, & pocula coronant.
Consedere omnes donisq; fruuntur opimis.
Mirantur Daphnim, mirantur & Alpheſibæum:
Aduentusque nouos, habitum, vultusq; recentes.

Cynthius

Cynthius extemplo, gemmisq;, auroq; poposcit
Craterem magnum, diuinum opus Alcimedontis,
Impleuitq; mero, & compresso murmure fatur:
Ioua parens triplici cœlum qui Numine torques
Æquoreosq; sinus, auras, camposq; patentes
Æternis regis imperijs, quo terra iubente
Felices fundit segetes, laticemq; Lyæum
Hunc latum Musisq; diem, peregreque profectis,
Esse velis, nostrosque huius meminisse nepotes:
Quondam etiam factum conuiuia munus Abramo,
Hæc ubi dicta dedit, summa tenus attigit ore
Nectar, & exhausit coctos de sole liquores:
Daphnidis inque manus pateram demisit, at ille
Usque verecundis suscipit pocula palmis
Libavitque merum labijs, dehinc Alpheſibæus,
Et quos præterea mora cunctos longa referre est.
Post ubi pressa fames epulis, mensaque remota
Congressi vario noctem sermone trahebant.
Multa super Musis rogitant, flexuque viarum:
Aut quibus è terris, vasti quibus orbis ab oris
Contendant, quid fama ferat, cultusque IEHOVÆ
Qui sint, aut quæ iura viros, legesque gubernent.
Tantus amor rerum, cognoscendique Cupido.
Coryd. Et qui tantus amor longos exquirere saltus:
Dic qui sint Patriæ fines, quo sanguine cœtus:
Virtutumque decus quod sit, quisue ardor in artes,
Nil inuat immenso tractus peragrarè labore
Germanosque, Italâque leues de gente nepotes:

A 3

Et pe-

Et penitus toto diuisos orbe Britannos:
Celtiberosq; feros, atq; extremos Garamantes:
Urbesq; flumiosq; amoenos frigore lucos:
Si non ingenuas didicisse fideliter artes
Consuescant homines, & mores inde gubernent.
Est virtutis opus peregrinas visere terras:
Sed studijs dare tempus, & aptas artibus horas:
Nec fugere, aut aliquos animo damnare labores
Maius opus, maiusq; decus, sic gloria crescit.
His sine non regio, non publica commoda rerum
Stare queunt, sed enim cogentibus omnia fatis
In peius ruere, & retro sub lapsa referri.
Lyc. Scire cupis patriam, paucis aduerte, docebo.
Urbs est Europa vicinum extructa sub Istrum
Germanos contra, Gyms dixere coloni.
Diues opum, pecorisq; ferax, atq; ubere gleba:
Sufficiunt Bacho vites, & fertilis vna
Ille latex, qualem pateris libamus, & auro.
Hic sedes fixit gens alto à sanguine creta
Forgacidum, gestans praeclarum nomen auorum:
Gens pietatis amans, & religionis auita:
Tela manu iactans, tentansq; pericula belli
Tarpeium contra ferro, Geticumq; Tyrannum.
Hac de gente satus, dias hic lucis in auras
Prodiit, hic primò dimissus ab ubere matris
Docta Lycaea petens iuuenilia tempore Musis
Impendit sacris, Phœbiq; volumina palmis
Nocte, dieq; simul studuit peruoluere DAPHNIS.

Inde

Inde ubi pubescens firmatas corpore vires
Cœpit, & assiduo sua frangere membra labore:
Ut rerum patiens magnarum acquireret usum:
Protinus à patriâ longinquas missus in oras
Excoluit studijs mentem melioribus altam,
Ac demum hunc nostrum, Corydon, successit in hortum,
Tàmq; humiles habitare casas dignatus, ut olim
Euclides tacita per amica silentia Lunæ
Foemineo longæ succinctus tegmine palla,
Discendi cupidus vetitas migravit Athenas.
Aspice ut insignis Phœbea excultus in arte
Incedat, Latia fundens modulamina linguae:
Multa quoq; & Graia, nec eum sua cura fefellit,
Dum natura Dei quæ sit, veterumq; reperta
Peruoluens acie mentis disquirat acuta.
Cornigeri antiquo venerandi nomine vatis
Compositum primâ dicentis origine mundum:
Formatumq; hominem limo, & spiramine sacro
Afflatum didicit, diuini oracula verbi.
Cuncta gubernantem sua lingua fatetur Iesum:
Nomine quo fundata salus stat nostra, fidesq;
Nititur, æternæ tendens ad secula vitæ.
Quid mores memorem, quid virtutemq; decusq;
Quorum fama mori non unquam viuenda nouit.
In vultu pietatis honos, & gratia in ore
Ingens, in dictis antiquis candor, in actis
Dexteritas prudens, & nescia fallere vita.
Corrodi. Felix, ô Lycida, tantas cui noscere Gazas

Mens

Mens diuina dedit, Non omnibus omnia veri
Sacra arcana Deicontingunt. Cernis ut alma
Spreta latet pietas, legesq; & iura sacrata.
Nullus honor Musis, verbi reuerentia nulla.
Luxus ubiq; atrox, qui corpora languida reddat:
Illecebræ dulces, atq; inconcessi hymenæj.
Iniustæq; necesse, furor exicialis habendi
Auri dira fames, toto dominantur in orbe
Apparent rari Musas, Phœbumq; colentes
Heroum nati, sed scem Martis amore
(Quamuis Bellona sua laudis nomina constent)
Magnanima exultant mentes, nam moenia querunt
Flammiferis Cyclopum ad cœlum educta caminis
Marte subigendas imponere montibus arces
Pinnigeras; numerare patres, numerare nepotes
Cura prior, vires adimens damnosa voluptas
Excipit hanc, varij nam præstant omnia nummi.
Scire nihil decus est, virtutis gratia rara est.
Inde jacet doctus, proiecta vilior alga,
Dum graditur tristis veteri dissutus aluta.
Heu quam difficile est, quam raro Numina præstant:
Ut Ganymedeos pauper sectetur honores
Improba paupertas nunquam non plena laboris
Omne ferre iubens infracto pectore casus.
Lyc. Sic etenim Altitonans superis qui præsidet oris
Sic tolerare graues iubet, aspera fata, procellas
Nonne vides varijs ut sit subiecta periclis
Sors hominum, tristisq; ut ubiq; regnet Erymis.

Per

Per varios casus, per tot discrimina rerum
Tendimus ad superos: capturi præmia vitæ.
C. Ergo decus ruris, dicâ quo carmine Daphnim
O Lycida? qui curat oues: & pabula præbet:
Neue lupi noceant stabulis, neue obruat agnos
Seua Leana suos: ipsos defendere discit.
Et nostri oblitus nunquam: sed saepe misertus
Leucoreas habitare casas ut cernis, & ultro
Discere quæ vellem permisit Numine dextro.
O quem te memorem, Iuuenis pulcerrime, quæ te
Secla tulere orbi? quales genuere parentes?
O nunquam nostro sis discessurus ab horto.
Aut nostro liceat tecum tua splendida rura
Magnificasq; habitare domos, & palladis artes.
Fortunate puer nostris in collibus amnes
Ingenuere tuos abitus, formosaq; prata
Formosi fontes & depresse conualles.
Iam silet omnis ager: nec pabula læta frequentant
Armenta: & gelidi non ulla est gratia roris.
Vix ager Corydon deserta in rupe capellas
Ducit: & in toto marcescunt gramina campo.
Lyc. O nostrum doctam quis Daphnin ducat ab urbe
C. Daphnis abest, absunt simul & syluestria Musa
Numina, Musarumq; cohors, satyriq; bicornes.

B

L. Ecce

L. Ecce per Vngaricos Daphnin, comitãte caterua
Thespiadum ducunt pastores carmine campos.

Co. Desine plura loqui, dignas dum reddere voces,
Aut dudum lacrymas nequeo compefcere largas.

Nã quia Daphnis abest, squallet sine Daphnide
Ante truces ergo pascetur in athere tauri: (tellus.

Destituetq; fretum nudos in littore pisces:

Aut Italus fauum bibet: aut Germania Tybrim

Quã tuus, ò DAPHNIS labatur pectore vultq;

Ly. Coelicola magni quorum defendere terras.

Mortales miseros, faciles huc tendite gressus

Atq; arctè pedibus talaria neffite vestris.

Et Daphnim ad placitã tuto deducite metã.

Co. Vos aurã, quarum domus est circumfluis aër,

Solis & umbrarum comites per demã lucos

Quã colitis gelidos, & amica cubilia valles:

Dum sedeo, & tectus canto syluestribus umbris,

Vos lenite astus, atq; hæc attendite, ut ipsas

Daphnidis has numeris voces referatis ad aures.

Lyc. Flosculus ut septis secretus vernat in horto

Ignotus pecori, nullo conscissus aratro:

Quem mulcent aurã, sol firmat, & educat imber

Sic & Daphnis (amans hortos, & amœna vireta

Pieridum) longos viuat, valeatq; per annos.

Nilq;

Nilq; ipsi noceant aduersã nubila sortis:

Nec citò fatales dirumpant stamina parca,

Stamina ducta colo non defectura per æuum.

Co. Millia tot pecudum, tot oues, tot pingua terra

Viscera: tot tractus, tot roscida pascua: luce

ACCIPITER tota quot non circumvolet alis,

Ioua ferat Daphni, cumuletq; ea fata quot annis:

Perpetuoq; domus vigeat cum pace vetusta

Laudibus est digno Daphnis: nam prãditus omni

Virtute: extremus famam decantet Iberas:

Pannoniaq; illum rupes, atq; ungarã noscant

Littora: Syluicola dicant præconia laudum.

Vitis & arboribus decori est: ut vitibas vna:

Vt gregibus tauri, segetes ut pinguibus aruis:

Sic & Daphni, tuis decus es. Tu moribus ornas

Magnificis patriam, stirpem, laudesq; tuorum.

Ire per atates gestis: perq; ora nepotum.

Fortunate, puer ergo tua splendida crescet

Gloria: quã latis mundum circumvolet alis.

Dumq; thymo vescentur apes, dum rore cicada:

Dumq; fluent gelidi latices Aganippidos unda:

Semper honore meo, semper celebrabere dictis.

Pectore teq; colam, te Numinis instar habebo.

Lyc. Quamuis decurso sese demittat olympo

Phœbus

Phebus ad Oceanum properans: tamen incipe rur-
sum

Atq; itera mihi carmen. Habent iterata leporem.
Cor. Albis at è medijs madidū caput extulit undis,
Rugosoq; notans versus in cortice quercus:
Cetera in Vngarico, dixit, cantabitis agro.
Lyc. Ergo viue memor tantū, pulcerrime Daphni,
Vive memor nostri, nec mens oblit a fatiscat.
Forsitan & , coelo si quis DEVS aspicit alto
Pastorum curas, nostri misereberis olim.
Dixit: et; umbrosum rursus secessit in antrum

